tñ ibi Bal. Et intellige iſtđ ꝓcedere ante lit. cõt. ſecus ſi poſt,
vt no. Bar. in l. ſꝫ ⁊ ſi alia. de conſti. pec. ff. Et caue, quia ibi loq=
tur in oblatiõe extraiudiciali, adde Bal. cõſi. xxv. j. lib. Po. Ui
de Mat. no. ix. ⁊ pulchre Alex. cõſi. clxxviij. col. ſi. vol. ij. ⁊ ꝑ. vlti
mo no. in hoc §. Adde Math. no. cxxviij. Ang. in §. ſequẽs. ver.
vnum tñ tene mẽti. Inſti. de act. Adde tamen, ꝙ vbi creditor re
cuſat accipere pecuniam, quod tunc ſufficit oblatio verbalis, ⁊
multo magis in ſacculo. Ita omnes doc. per illum tex. in l. ſi rẽ.
in prin. ff. de verb. obl. Alex. in l. ſi ſeruuꝫ. §. ſequitur. col. j. eod.
ti. ⁊ in cõſi. vij. incip. eo modo intelligatur ſtatutuꝫ. vol. ij. Alex.
in l. ſi inſulam. ff. de ver. obl. Pet. de Anch. conſi. lxxxij. incip. tñ
faciliorem ſolutionem. Alex. in l. ſi mora. ff. ſol. mat.

LEX XI.

a **SOlutum.** Nouatio neceſſaria nõ perimit pi
gnus, ſecus in volũtaria, niſi con=
trarium actũ ſit. h. d. Qualiter ea que inſunt[a] in prin
na obligatione nouata intelligantur repetita in ſe=
cunda, dic vt ĩ. aliam. de nouat.

ADDITIO.

a ALE. ¶ Que inſunt. Et per iſtã l. in verbo, innouata. dat̃ cau=
tela, qđ ſi debes creditori tuo centũ cum pignoribus, vel hypo
thecis ⁊ velis ipſa pignora liberare ſine ſolutione, qđ recipies
ab eodẽ. ⁊ promittes illi ſoluere, ⁊ obligare in inſtrumento ani
mo nouãdi, nulla metiõe facta ꝑoris pignoris, nã tũc ipſo iure
pignora liberãtur, vt hic. Adde qđ ſi debitor vẽdit pignus cre
ditori, an ſibi preiudicet creditor emẽdo, Bal. cõſi. cccviij. iij. li.

**§. Si quaſi.** Pignoratitia põt agi, ſi principalis obli
gatio non perficitur, vel ſi perfecta tol=
latur acceptilatione, vel pacto.
1 ☞ Obligatio pignoris. qñ intelligat̃ ꝓ vſuris, ſicut pro ſorte.

**§. Si in ſortem.** Pignoratitia põt agi ſi id eſt
ſolutũ pro quo tantum pignus
fuit obligatũ. h. d. ¶ Op. C. etiã ob chirogra. pecuniã. l. j. gl. hic
inuoluit ſe multum: finaliter dicit, qđ hic fuit obligata res pro
ſorte tantũ. Ia. But. dicebat, quod hic non tractatur. an pignꝰ
poſſit retineri ꝓ vſuris, ſed dicit, ꝙ pignoratitia nõ põt agi: vn=
1 de lex illa nõ cõtradicit. Duo ergo vidẽda ſunt. † Prio, an obli
gatio pignoris intelligat̃ etiã pro vſuris, ſicut pro ſorte. Cir=
ca quod ſiquidẽ vſure ſunt naturaliter tãtũ debite, tũc non te=
netur pignus pro eis, niſi ſit dictũ ſpecialiter. vt hic in ver. ſiue
a: tẽ: ⁊ C. de vſur. l. per retẽtionẽ. Si vero ſint debite ciuiliter,
⁊ naturaliter, tũc pignꝰ ſimpliciter acceptũ tenet̃ ẽt ꝓ vſuris,
ſicut dicimus ĩ fideiuſſore, vt l. cẽtũ Capue. ſ. de eo qđ cert. loc.
Secus ſi pro ſorte eſſet tantũ obligatũ, ſiue obſtrictũ, vt hic. ⁊
ĩ. de fideiuſ. l. fideiuſſores magiſtratuũ. Si vero vſure ſunt debi
te ꝑ officiũ iudicis, dic in pignore ſicut dixi in fideiuſſore, in d. l.
2 centũ Capue. ⁊ in l. quero. ĩ. loca. Secũdo eſt † videndũ, an pignꝰ
poſſit retineri pro vſuris, quando pro eis non fuit obligatuꝫ.
Dic vt d. l. per retentionem. ⁊ in d. l. j. C. etiam ob chiro. pecu.

**§. Si creditori.** Niſi omnibus heredibus ſatiſ=
fiat poterit pignus vẽdi. h. d.
1 ☞ Succedens alteri abſqꝫ confectione inuentarij, videtur ha=
bere ratum quod defunctus ſuo nomine fecerat.
2 Creditori creditoris ſoluendo quando quis liberetur.
3 Fingitur ſuper facto aliquod factum, quod nunquam fuit.
4 Locator an poſſideat inducta per inquilinum in domo.
5 Interdictum Saluianum eſt adipiſcende.
6 Interdictum Saluianum directũ competit pro rebus coloni,
vtile per rebus inquilini.
7 Tradi poteſt res non tamen animo trãſferendi poſſeſſionem.
Locator primus quando habeat hypothecariam cõtra ſecun
dum conductorem.
8 Inuecta, ⁊ illata poſſunt retineri pro alio debito.

**§. Solutam.** Pignoratitia naſcit̃, ſi ſoluatur cre=
ditori vel alteri pro eo legitime reci
pienti vel creditori creditoris. Itẽ inuecta, ⁊ illata per ſecun=
dum conductorem, tenentur pro penſiõe ipſius ſecunde condu
* ctionis tantummodo, ⁊ nõ vltra. h. d.* Nota ex verſi. plane. cũ
gl. in verbo, tenebuntur. que incipit, ſcilicet locatori ſecundo, ꝙ
ſi Titius locat domum ſuam Caio pro x. ⁊ Caius eam poſtea lo
cat Seio, inuecta ⁊ illata in illam domum erunt obligata etiam
Titio primo locatori pro ſalario domus. Titius auteꝫ ſi nolit
agere pro ſalario domus, poteſt petere a iudice, quod res ſecũ
di conductoris vendantur, vel arreſtentur pro ſalario domus.
Qđ intellige pro ſalario, ſcilicet ſecundi cõductoris, nõ primi.
Uerbi gratia, Titius locauit domũ ſuaꝫ Caio pro x. Caius lo
cauit eam Seio pro v. certe inuecta, ⁊ illata in illam domũ erũt
obligata Titio tantum pro v. ⁊ non pro x. Ex quo ſequit̃ vnũ,
quod ſi ſecundus conductor ſoluiſſet Caio ſecundo locatori illa
v. quod Titius primus locator nõ poſſet apponere impedimẽ
tum in rebus inuectis, ⁊ illatis ſecũdi cõductoris: quia ab illis
quinque ſunt liberate ſolutione: tollitur enim obligatio omnis
ſolutione eius, quod debet̃, vt inſti. qui. mo. tol. obli. in prin. Et
certũ eſt inuecta, ⁊ illata nõ teneri ꝑmo locatori, niſi ꝓ pẽſione
ſecundi, ⁊ nõ primi. vide tex. ibi mihi locaueris ⁊c. qđ põt fieri.
vt l. nemo prohibetur. C. loca. ⁊ vide quod ibi no. per gloſ. vide
tex. hic ibi potero experiri ⁊c. ſcilicet pro rebꝰ inuectis, ⁊ illatis
que res poſſunt retineri per locatorem, donec fuerit penſio ſo=
luta. ⁊ hoc quandiu ſunt res intra domũ: qꝛ claudere põt por=
taꝫ domus ſue, nõ autẽ abſtrahere res inquilini, vt ĩ. ex qui. cau.
pig. taci. contrahitur. l. eſt differentia. ⁊ ĩ. de dam. infec. l. vtique.
Et adhibere debet notarium, qui dictas res ſcribat, ⁊ qui ſit in
apertura domus. vt ĩ. loc. l. dominus horreorũ. vnde quam=
uis locator propria authoritate poſſit claudere domum, tamẽ
quia in deſcribendo res inuectas ⁊ illatas ⁊ in aperiendo hor
reum poſſet eſſe maior preſumptio cõtra ipſum locatorem, quã
in claudẽdo, cõſulit ſibi lex, ꝙ hoc faciat, interuenietibꝰ ꝑſonis
* publicis, iuxta l. allegatã, dñs horreorũ. Sic diuidit̃ ꝑſens §.*
Primo ponit vnum dictum. Secundo ex illo infert ad determi
nationem vnius queſtionis. Tertio format vnam queſtionem
circa precedentia. Quarto reſpondet cuidaꝫ tacite obiectioni.
Secunda ibi. vnde ſi domuꝫ. Tertia ibi, plane. Quarta ibi, vi=
detur autem. in qua reſpondet tacite obiectioni. Nam per libe
rã perſonã nõ queritur nobis actio pignoris ſeu obligatio, er
go domino locãti non poteſt queri per cõductionẽ factã a pri=
mo conductore. Ad qđ reſpondetur ꝙ iſta cõuẽtio tacite videt̃
facta cũ primo domino, ⁊ ſic ipſi nõ querit̃ ex cõtractu facto cũ
primo cõductore, ſed ex cõuẽtione ſua propria tacite facta. h. d.
1 Ex primo dicto nota, † ꝙ qui ſuccedit alteri, videtur hebere ra=
tũ, quod ille, cui ſucceſſerat, ſuo nomine fecerat, ibi, vel ei, cui he

res extitit, vt hic, ⁊ l. fi. ꝟ. rem rat. hab. in prin. Quod intellige, niſi
ſucceſſerit facto inuentario, tunc enim non videtur habere ratū,
niſi eatenus, quatenus bona eſſent ſoluēdo, ne remaneat in dam
no. l. ſcimus. §. ⁊ ſi prefatam. de iure deliber.

a b **Venio** ad ſecundam partem, ⁊ videtur, † quod ſoluendo creditori creditoris nō cōtingat liberatio[b] ipſo
iure. l. ſi opera. ꝟ. de doli exc. gl. hic nō explicat. Tu dic clare, aut
ſoluo creditori creditoris qui habet me, vel bona mea obligata
⁊ liberor ipſo iure, vt hic. Poſſem enim cogi ſoluere l. nomē. C. que
res pig. obl. poſ. ⁊ ideo ſoluēdo etiā creditore meo inuito liberor.
l. vtrū. ꝟ. de cōſti. pecu. Quādoque ille creditor creditoris nō ha-
bebat me vel bona mea obligata, ⁊ tūc aut ideo ego teneor credi
tori meo, quia ipſe aliū tenet, ⁊ poſſum aliū ſoluere, vt l. ſi liber homo.
ꝟ. neg. geſt. Aut cauſa quare creditori meo teneor, eſt omnino ſe
parata a prima, tunc aut ſoluo creditori creditoris, creditore
meo volēte, ⁊ cōtingit liberatio ſine dubio, vt hic in prin. Aut eo
inuito, ⁊ nō cōtingit liberatio. l. inuito. de ſolut. ⁊ C. de neg. geſt.
l. ſi. cum ſimil. Aut eo ignorāte ⁊ cōtingit liberatio ope exceptio
nis. l. ſi opera. de do. excep. ⁊ ibi no. Et ex his debes aduertere,
ꝙ ſi primus creditor habet inſtrumētū in quo ꝯtinetur obligatio omniū
bonorū, ⁊ per conſequens iſte debitor debitoris, ſeu nomē eius
eſt obligatū, poterit indiſtincte ſolui eius creditori vt in hoc §.
c ❡ Opp. hic dicitur ꝙ cōtra primū creditorē nō pōt agi pignorati-
tia. Contra pignoratitia re cōtrahitur, vt Inſtit. quib. mod. re
cōtrahi. obl. §. fi. ſed ad primū creditorē res nō ꝑuenit, nec fuit
tradita ei, ergo nō pōt pignoratitia cōueniri. Dicit gl. no. licet
traditio nō ſit facta vere, fingitur tamē facta ex eo quod res pōt
includere ꝓ pēſione. l. eſt differētia. ꝟ. in quib. cau. pig. ta. ibi. ⁊
l. vtrique. de dam. infe. Sic enim fingitur facta traditio. C. de dona.
3 l. quiſquis. No. ex hac gl. † primo, ꝙ fingitur ſuper facto aliquid eſ
ſe factū, quod nūquā fuit, quod examinaui in l. ſi is qui ꝓ emptore.
4 de vſuca. in materia fictionis inductiue. † Itē ex hac gl. colligūt
d quidā[d] ꝙ locator videtur poſſidere res inductas per inquilinū in
5 domū. Aliū ex hoc reprehēdūt iſtā gl. † Nā īterdictū Saluianū,
quod ꝓ iſtis rebus cōpetit, dicitur adipiſcēde poſſeſſionis, vt Inſti.
de interdi. §. interdictū. ſi eſt adipiſcēde, ergo apparet, ꝙ nūquā
poſſedit. Preterea ꝙ locator nō poſſideat ante incluſionē, videtur
expreſſum in d. l. eſt differētia. ꝟ. in qui. cau. pi. tac. ꝯtra. Pet. di
cit locatorē poſſidere eo ipſo quod inferūt ī domū. l. j. §. ſi inſſerim.
ꝟ. de acq. poſ. ⁊ l. quarūdā. e. ti. Nō obſt. ꝙ interdictū Saluianū
eſt adipiſcēde poſſeſſionis, quia illud cōpetit ꝓ rebus coloni predij
ruſtici. Nos loquimur in locatione predij vrbani, inter quos eſt
differentia, vt ipſe Pet. late tractat hic, ⁊ Cy. refert eū de verbo
6 ad verbū. C. loca. l. certi iuris. in ij. q. Breuiter † licet īterdictū
Saluianū directū cōpeteret pro rebus coloni, tamen vtile cōpe
tit pro rebus inquilini. l. j. in princ. ꝟ. de Sal. inter. ⁊ ibi no. C. de
Sal. īter. l. j. Et ſic apparet quod nō poſſidet. Preterea, cū locator
ignoret res que ſunt illate in domum, nec eas viderit, nec teti-
gerit, nō poteſt dici eas poſſidere. l. iij. §. Nerua filius. de acq. poſſ.
Preterea deficit animus. Dicendū eſt ergo, quod vere nō poſſidet,
nec ficte, adeo quod ex iſta ficta poſſeſſione habeat aliquod īter
dictū retinende vel recuperande poſſeſſionis, ſed pro tāto fingi
tur poſſidere, vt gl. hic dicit, quia poteſt cōueniri pignoratitia, ſi non
patitur inquilinū res ſuas extrahere, vel, vt ꝓprius loquar, non
dicit glo. quod fingatur poſſidere, ſed quod fingitur ei tradita. Po-
7 teſt enim tradi † nō animo transferēdi poſſeſſionē, ſicut fit de pre
cario, cōmodatario, ⁊ depoſitario, ⁊ ſimilibus, ⁊ hoc ſufficit vt
poſſit cōueniri pignoratitia. Dico etiā, quod poſt incluſionē locator
nō poſſidet vere, niſi res viderit, ⁊ tetigerit. d. l. iij. d. §. Nerua fi
8 lius. ❡ † Opp. hypotheca nō pōt eſſe ſine principali. l. res. ꝟ. de
pig. ⁊ ꝟ. de fideiuſ. l. fideiuſſor obligari. in prin. Sed iſte ſecundus
cōductor nō eſt obligatus primo locatori, ergo nec res eius ſunt
ei obligate. Huius timore Pileus fatebatur contrarium, ꝙ res
non ſint obligate primo locatori, quod gl. reprehendit: quia cōtra
iſtū tex. dicit ergo gl. quod licet ſecundus conductor nō ſit primo
locatori obligatus perſonaliter, tamen ei eſt obligatus primus
cōductor, ⁊ res iſtius ſecūdi cōductoris ſunt obligate pro obli-
gatione primi conductoris. Poteſt enim obligare res ſuas pro
debito alterius. l. alienā. ꝟ. e. Doc. Mod. videntur aliter dicere.
videlicet, quod primus locator habet obligatum nomen ſecūdi
conductoris. Unde cū habeat vtilem perſonalem, ⁊ directā, quā
habet primus cōductor cōtra ſecūdū, etiā habebit hypothecariā
que illi accedit, vt C. que res pig. obl. poſ. l. nomē. Et ita dicebat
Pet. hoc etiā videbatur ſentire Ia. Bu. quod licet ſit in ſe verum,
tamen quantū ad propoſitū gl. dicit verius, quia ſecūdū eos pri
mus locator haberet hypothecariā ex virtute ꝯuētiōis quā ipſe
fecit cū primo cōductore, Sed tex. hic in fi. in ver. vt autē. ponit,
ꝙ tacite videtur ſecūdus ꝯductor obligare primo locatori inuecta, ⁊ illata,
⁊ ſic obligatur ꝓ obligatione primi cōductoris vſque ad quātitatē:
quia ipſe ſecūdus ꝯductor tenetur. ❡ Opp. ſi primus locator ha-
bet bona ſecūdi cōductoris obligata, ipſe poſſet ꝯueniri pigno
ratitia, ſed tex. dicit primū cōductorē cōueniri, ergo male. Solu.
ſecūdū cōductorē perſonaliter obligatū, nō pōt agere nec videtur ei
facta traditio, ⁊ ſic nō oritur pignoratitia, que re cōtrahitur. Iſtud quod
gl. dicit, nō plenaria iſta ficta traditio nō colligitur ex obligatiōe perſo
nali, nec ex eius equitate, ſed ex eo ꝙ includit, nec patitur inquilinum
cū rebus ſuis recedere, ſed primus locator habet poteſtatē īcludēdi ſicut
ſecundus, ergo etiam ipſe poterit pignoratitia cōueniri. Et hoc
vult iſte tex. in fi. in eo, quod facit ꝙ cum ipſo primo locatore vide-
tur cōtractū pignus. Nec obſtat tex. qui dicit cōueniendū primū
cōductorē pignoratitia, quia cōcedo, ꝙ poteſt cōueniri primus
locator. Item ſecundus, quicunque enim prius incluſit, nil repu-
gnat, ⁊c. Venio ad verſic. plane. ⁊ oppono de l. Pomponius. in
quib. cau. pig. taci. contra. Sol. ibi domus fuit data ſecūdo habi
tanti gratis. ❡ Item oppo. de l. ſi in lege. §. colonus. ꝟ. loca. So
lutio, aliud in predio ruſtico, vt ibi. aliud in predio vrbano, vt
hic. ꝙ dic vt lege, certi iuris. C. locati. ❡ Ultimo not. an illata, ⁊
e inuecta poſſint retineri ꝓ alio debito quā pro penſione.[e] Doc.
dicunt quod ſic, vt l. j. ⁊ ij. in quibus cauſis pignus taci. cōtrah.
⁊ l. ij. C. etiam ob chirogra. pecu.

ADDITIONES.

a ALEX. ❡ Solutā. Et facit iſte tex. an poſſum expellere illū, cui
colonus meus locauit, propter penſionem non ſolutā, de quo per
Bal. in l. edem. C. loca.
b ALEX. ❡ Cōtingat liberatio. Limita no. vt ꝑ gl. ⁊ Bal. in l. j. C. de
excep. Et vide quod legitur ⁊ no. in l. ſolutam. ff. de ſolut. ⁊ adde
Bar. in l. non ſolum. in fi. ff. ſol. mat. vbi etiam limitat.
c ALEX. ❡ Cōtra primū creditorem. Et ex hoc vnū dicit not. Barto.
per illum tex. ꝙ ſi obligaui tibi rem meam, ⁊ non tradidi, ſed res
pignori obligata peruenit ad te, an teneris pignoratitia actio-
ne ad reſtituendū mihi. ⁊ dicit ꝙ ſic. quod nota. in l. inquilino. ꝟ.
de dam. infec. adde, quid ſi res pignorata fuit per vim capta cre
ditori, qui deinde illam recuperauit, an teneatur debitori. Bal.
conſi. ccxcij. iij. lib. dicit ꝙ ſic.
d ALEX. ❡ Colligūt quidam. An locator dicatur poſſidere inuecta, ⁊
illata per inquilinum, vel colonum non apprehenſa poſſeſſione.
⁊ opi. Bar. ſequitur Bal. ⁊ Sali. in d. l. certi. C. loca.
e ALEX. ❡ Quā ꝓ pēſiōe. Et dicit ꝙ ſic, obſtat tamē tex. C. cōmo.
l. pretextu. de cuius l. intellectu, vide Bar. in l. filie. ſol. mat. Ad
de quod voluit Bal. conſi. ccliij. iij. lib.

1 ☞ Obligatio pignoris non acquiritur per liberam perſonam
ſed eius poſſeſſio ſic, ⁊ nu. 4.
2 Dominus non obligatur per procuratorē, quādo per procura
torem non acquiratur domino.
3 Tutoris opera que actio acquiratur pupillo.
4 Hypothecaria quando queratur domino per procuratorem.

1 **§. Per liberam.** Per liberam † perſonā non ac-
quiritur nobis actio ſiue obliga-
a tio pignoris, licet eius poſſit poſſeſſio acquiri.[a] h. d. Primo po
nit dictum. Secundo reſpon. tacite queſtiōi. Secūda ibi, ſed nec.
b Not. quod dixi in ſummario.[b] Secundo no. ꝙ in illis † caſibus,
2 per procuratorē non queritur domino in illis etiam non obli-
gatur dominus per procuratorē neque enim obligat, ſed ipſe pro
curator cōuenitur, vt patet ex eodem tex. quod examinabitur. ꝟ.
de act. emp. l. Julianus. §. ſi procurator. ⁊ l. procurator qui pro
* euictione. de procu.] Tertio nota, ꝙ in eo in quo procurator nō
querit domino, nec eum obligat, ipſe procurator conuenietur,
vt patet ex eodē tex. quod plene examinabitur ꝟ. de ac. emp. l. Iu
lianus. §. ſi procuratorem. ⁊ ꝟ. de procurat. l. procurator qui pro
euictione. Nota. ex hoc §. ꝙ per liberā perſonam alteri non ac-
quiritur obligatio, nec per conſequens actio. obſtante §. alteri.
Inſtit. de inutil. ſtipulat. quia actio deſcendit ex ipſa obligatiōe,
⁊ ſine ea naſci nō poteſt. Et ex hoc text. patet, ꝙ ſi Titius amicus
meus emat nomine meo aliquā rem a Caio, certe ego non poſ-
ſum agere contra Caium ad habendam illam rem: quia non fuit
mihi queſita actio per Titium, vt hoc tex. ꝓ quo facit Inſtitu.
de inutil. ſtipula. §. ſi quis aliū. ⁊ quod ibi nota. Agat ergo Ti-
tius contra Caium, ⁊ ego actione mandati contra Titium. Et
iſtis iuribus patet, ꝙ ſi in inſtrumento continetur, ꝙ Titius
frater Seij emit talem fundum nomine fratris ſui, ⁊ eo mortuo,
Seius velit petere illū fundū tanquā ſuū. Et hoc vult proba-
re ex illo inſtrumēto, ꝙ ex hoc nō ꝓbat fundū eſſe ſuum, vide ſu-
per hoc. §. que not. ꝟ. eo. l. ſi cum venderet. ⁊ l. ea. que ciuiliter. ꝟ. de
acq. re do. ❡ Quero circa iſtū §. que eſt ratio differētie quare ac-
quiritur poſſeſſio ꝑ alterū nō autē obligatio. Nō est, quia obligatio eſt
infixa in perſonā obligātis tāquā in ſubiecto ⁊ in perſonā illius, cui
queritur tanquam in obiecto ⁊ reſpicit intrinſece, vt ꝟ. ꝓ ſocio.
l. iij. ⁊ de pecu. l. ſi quis. ⁊ ideo alteri acquiri non poteſt, tamen
ſi acquireretur, per medium perſone libere tranſiret cum ſe-
mel ac

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

mel acquiſita ab ea ſeparari nõ poteſt.arg.pro hoc.ff.de lega.ij.
l.debitor.§.fi.ibi.ceterũ ex perſona.ratio etiam ponitur in l.j.⁊
ibi no.C.per quas perſo.no.acqui.dixi in l.ſtipulatio.§.alteri.
ff.de verb.obli. Sed poſſeſſio non ita iungitur cum perſona: qꝛ
reſpicit extrinſece.vnde poſſeſſio eſt pedũ poſitio,vt ff.de acqui.
poſ.l.j.in princi.vnde idem videtur in omni reali actione,vt C.
per quas perſo.no.acqui.l.j.in fi.⁊ ibi in gl.in verbo,nulla.No.
in effectu iſtam rationẽ,⁊ ideo debes apoſtillare tex.ibi nõ ſem
per acquirat ⁊c.ſed credere eã debet.vt ff.man.l.ideoqꝫ.§.ſi cui
mãdauero.⁊ l.ſi procuratorem.§.fi.Et eſt ratio,quia obligatio
perſonalis perſone inheret.vt ff.de pecul.l.qđ ergo.ſec' in poſ
ſeſſione,⁊ dominio,qꝛ rei inherent,⁊ ideo per procuratorẽ que
rũtur.ff.de acqui.poſ.l.poſſeſſio quoqꝫ.§.fin.C.de pac.l.tradi-
tionibus.Et licet hypothecaria ſit in rẽ,vt ff.de pigno.l.pigno
ris.tñ eſt acceſſoria perſonali,⁊ ideo regulatur ſecundũ ipſam,
⁊ non queritur per procuratorem,vt ſit idẽ ius de principali,
quod de acceſſorio.C.ꝑ quas perſo.no.acqui.l.ij.⁊ C.de luitio.
pigno.l.intelligere debes.Et ex hoc apparet ſolutio queſiti,qđ
facit hic Iaco. ¶ Querit enim,quare ius reale,quod parit hy
pothecariã,non acquiritur per procuratorem,ſicut ius reale
dominij,⁊ ſeruitutis.vt C.per quas perſo.nob.acqui.l.j.Certe
ratio eſt,qꝛ licet ſit ius reale,hypothecaria tñ accedit actioni
perſonali:⁊ ſicut illa non acquiritur,ita nec hypothecaria.
¶ Sed quomodo poſſeſſio acquiritur per alterum,cũ in poſ
ſeſſione requiratur factũ vt ff.de acquir.poſſeſ.l.iij.in princ.⁊ l.
queadmodũ.eo.ti.igitur per alium queri nõ põt l.qui heredi.
in prin.ff.de conditio.⁊ demõ.Dico,ꝙ quoddam eſt factum,qđ
eſt trãſmiſſibile ſui natura de vna perſona ad aliam,⁊ tũc nõ ha
bet locum.§.iſte,nec l.j.C.de acqui.poſ.Et que ſunt facta tranſ
miſſibilia,⁊ que nõ,probatur.ff.de acqui.re do.l.ea que.Poſſeſſio
enim ⁊ dominiũ faciliter perduntur,⁊ tranſeunt de vno ad aliũ
ff.de acqui.poſſeſ.l.ſi quis vi.§.differentia. Item contra hunc
§.adhuc obſtat.ff.de acqui.re.do.l.res ex mandato Sed dico,
⁊ intelligo §.iſtum.⁊ l.j.C.de acqui.poſ.cum vterqꝫ tradens,⁊
accipiens agunt pariter inter ſe,ꝙ domino acquiratur poſſeſſio,
vt ff.de acqui.re.do.l.ſi procurator rẽ mihi.Si aũt vterqꝫ agit,
vt dño non acquiratur,tunc nihil ſibi acquiritur,vt lege cõtra
ria.Sic intelligi põt l.j.§.hec que de ſeruis.ff.de acqui.poſſeſ.cũ
ibi notatis.Si autem tradens agit vt dño acquiratur poſſeſ-
ſio,procurator aũt agit vt non acquiratur,tunc etiã domino
acquiritur,vt ff.de dona.l.qui mihi ⁊ ff.de acqui.re.do.l.per ſer
uũ.in fi.Si aũt ſolus procurator agit vt dño acquiratur, tra
dens vero non,tunc dicunt gl ꝙ idem.vt no.in d.l.qui mihi.de
donat.in gl.in verb acquiritur.⁊ l.fina.C.ſi quis alteri,vt ſibi.
Sed hoc membrũ docto.reprobant.per l.id,quod noſtrũ.de re
gu.iur.⁊ ideo dic,ꝙ cũ ſolus procurator agit,vt dño acquiratur,
tradens vero non.Aut queris in poſſeſſione,⁊ illa acquiritur do
mino,qꝛ vacat per dimiſſionem tradentis.vt l.ſi quis vi.§.diffe
rentia.ff.de acqui.poſſeſ.iuncta l.j.§.per procuratorẽ.ff.de acq.
poſ.Aut queris in dño,⁊ tunc nõ queritur dño,vt alle.l.id qđ
noſtrum.ſ.ex qui.cau.maio.l.nec vtilem.Nõ enim ſic perditur
animo dominiũ,vt d.§.differentia.niſi queratur,cui velit tradẽs.
vt d.l.id,quod noſtrũ.⁊ l.nec vtilem.Et aduerte qꝛ intelligo ꝑ
liberã perſonã,ſcilicet procuratorẽ habentẽ ſpeciale mãdatũ,
vt ff.de acqui.poſ.l.cõmunis ſeruus.§ fina.per generalẽ autem
nõ,niſi per ratihabitionẽ.vt d.§.fin. Sic intelligitur l.ſi ergo.ſ.de
nego.geſt.Et ſic intelligo omnia iura, que dicũt per procura-
torem queri poſſeſſionẽ ignoranti.ff.de acquir.poſſeſ.l.j.§. per
procuratorẽ.⁊ l.j.C.de acqui.poſ.Ratio eſt,qꝛ procurator ha-
bẽs ſpeciale mandatũ miniſterio vtitur in poſſeſſione querẽda,
vt ff.de acqui.poſſeſ.l.qđ meo.§.procurator autẽ.Et ſic vt nun-
tius,qui concipit verba in perſonã dñi,vt ſ.de cõſti.pecu.l.qui
autẽ §.fi.cũ l.ſe.Et no.C.ſi quis alteri vel ſibi.l.multũ.⁊ ſic cõſti
tuẽdo procuratorẽ ſpecialiter ad acquirendã poſſeſſionẽ vide-
tur,vt nũtiũ cõſtituere,vt actus valeat,qui aliàs valere nõ poſ-
ſet arg.ff.de re dub.l.quoties.⁊ arg.l.ij.ſ.de iuriſ.om.iudi.Sꝫ
per procuratorẽ generalem nõ,vt dixi:qꝛ debet concipere ver-
ba in perſonã dñi.vt ſ.de cõſti.pecu.l.eum,qui.§.Iulianus.nec
poteſt acquirere vt nũtius,ſꝫ vt procurator ſpecialis qꝛ aliud
ageret,quod non poteſt,qꝛ fines mandati ⁊c.⁊ ideo ratihabitio
eſt neceſſaria,vt l.cõis ſeruus.§.fin.iuncta l.diligenter.ff.mand.
Et ita intelligo iſtã materiã:quãuis glo.aliter intelligat,vt
l.ſi ergo.ſ.de neg.geſt.⁊ l.j.§.per ꝓcuratorẽ.l.cõis ſeruus.§.fi.
* ⁊ l.ij.C.de his,q a nõ do.manu.quas gl.Dy.tꝫ.* ¶ Op.ſ.pri.§.
3 in fi.Sol.vt ibi patet i tex. ¶ Op.ſcđo † ꝙ ꝑ tutorẽ queratur
pupillo.C.añ ex fac.tuto.l.ij.⁊ l.eũ qui.§.ſi actori.ſ.de cõſti.pe-
cu.Sol.non queritur directa,vt hic,ſꝫ vtilis ſic,vt ibi.Vel dic ꝙ
hic tutor cõtraxit in his que nõ pertinebãt ad eius adminiſtra
tionẽ,ideo nullo modo q̃rit. Et hoc tenet gl.⁊ doc.⁊ ſic intelligo.
niſi in ſubſidiũ,ſicut in quolibet extraneo cõtrahẽte,vt l.filie.ff.
de ſolu.⁊ ibi dixi. ¶ Opp.de l.j.C.per quas pſo.no.acqui.Sol.
4 ibi loquitur in poſſeſſione,⁊ † dño que poſſunt queri ꝑ liberã per
ſonã hic in obligatiõe.Ratio:qꝛ dñiũ,⁊ poſſeſſio acq̃ritur ꝑ actũ
* naturalẽ:obligatio vero iſta acquiritur per actũ ciuilẽ, vt l.ea
que ciuiliter.de acqui.re.do.Itẽ obligationes perſonales ma
gis inherẽt oſſibus ꝯtentiũ,ꝙ iura realia,vt l.qs ergo caſus.ff.
de pecu.⁊ ff.pro ſoc.l.iij.Et ideo obligatio hypothecaria cũ ſit
acceſſoria ad ꝑſonã,iudicatur ſcđꝫ ꝙ de perſonali.Et hoc appa-
ret per ea que no.in l.⁊ an eadẽ.§.fi.de exce.rei iu.in gl.fi.Nã in
hypothecaria debet exprimi cauſa,ſicut in perſonali,cui acce-
dit,⁊ non põt ſimpliciter proponi,ſicut actio realis. ¶ Oppo.
de l.ij.C.per quas perſo.nobis acquiri.So.hic tex.ſoluit ꝯtriũ
in eo ꝙ dt nõ ſemꝑ acquiret.⁊ in prin.dt plerũqꝫ.Nã ĩ caſibus,
in q̃bus,per procuratorẽ queritur ꝑſonalis.queritur hypotheca-
ria vt l.cõtraria,alias ſecus vt hic.Opp.⁊ videtur ꝙ † per procu
5 ratorẽ ſemꝑ q̃ratur hypothecaria.l.ꝙ ꝓcurator ex re.ſ.de ꝓcu.
Sol.ibi dicitur ex re dñi nõ propter rẽ,ſeu eius occaſione,⁊ ideo
obligatio de euictiõe nõ queritur dño per ꝓcuratorẽ.l.poſſeſſio.
§.⁊ ſi poſſeſſio.de acq.poſ.Ita hic intelligo,qñ principalis obli
gatio nõ erat ſuꝑ,ſeu ex re domini, alias queritur hypothecaria,
ſicut ꝑſonalis ꝑncipalis.Opp.de l.ſi inter.in ꝑn.ff.de pig.Sol.
vt in gl.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Acquiri.Cõcordat l.ſi abſentis.cũ ibi no.C.ſi cer.pe.
⁊ in l.ſi ea.cũ ſi.C.de rei vẽdi.ꝙ ad hoc vt ex actu meo q̃ratur actio
alicui tertio eſt neceſſe ꝙ ille actus ſit factus nomine illius ter-
tij,in dubio tñ ſemper preſumitur ꝙ meo nomine,⁊ nõ noĩe illius
tertij fact' ſit quãtũ ad hoc vt ius ex illo actu,⁊ ꝯtu acq̃ratur
mihi.l.⁊ magis.ff.de ſol.⁊ l.Papinianus.ff.mã.etiã ſi preceſſiſ
ſet mãdatũ illi' tertij vt ꝓbatur i l.res ex mãdato.ff.de acq.re.do.
⁊ in l.pignus.§.fi.ff.de vſuc.⁊ in l.iij.§.j.ff.iudi.ſol.⁊ l.poſt mor
tẽ.§.j.ff.qñ ex fa.tu.⁊ no.Bar.in l.q mihi donatũ.poſt med.ff.
de do.i ver.q̃ro q̃d i dubio.⁊ Bar.ĩ l.poſt dotẽ.ff.ſol.ma.⁊ Bal.
in rub.C.de ꝯtrahẽ.emp.in xvj.q.⁊ no.doc.in l.qui in aliena.§.ſi is
qui.ff.de acqui.her.⁊ Ang.in l.ſi pupill'.§.j.ff.de neg.geſt.cũ ſi.
imo etiã nõ crederetur teſtibus dicẽtib',ꝙ ſucceſſiue per illa tꝑa
q̃b' i tali loco fuit cũ illo tertio,nõ potuiſſe illũ actũ facere,vel
cõtractũ,niſi noĩe illi' tertij,qñ ipſi vidiſſent,⁊ audiuiſſent tãꝙ
ſatagẽtes ꝓbare negatiuã nõ ꝓbabiliter ꝯcã,ꝑ c.cũ eccl'ia.cũ
ibi no.ꝑ Inn.de cauſ.poſ.⁊ expſſe Cy.in l.actor.in iij.q.ad fi.de
prob.⁊ idẽ ibi Bal.⁊ Dy.⁊ Bar.in l.j.§.hoc interdicto.ff.de itin.
actu.pri.⁊ Bal.in l.cũ hi.§.j.de traſ.⁊ in c.j.§.morib'.⁊ §.ſi qs
per triginta.in titu.ſi de feu.fue.cõtro.inter do.⁊ agna.vaſal.
b POM. ¶ Sũmario.Vide ad hoc Bal.in l.ſi mutuã.C.de exer.
* ALEX. ¶ Actũ ciuilem.Vide Bar.in l.qui mihi.in fin.ff.de do
nat.⁊ in d.l.j.C.per quas pſon.⁊ vide Ang.in l.j.⁊ in l.qđ meo.ff.
de acquir.poſſeſſ.⁊ Bal.in d.l.j.col.v.C.per quas perſonas.
1 ☞ Pignorare qui poteſt,poteſt luere.
2 In mandato generali venit illud,ꝙ dñs erat conſuetus facere.

## §. Sed ſi procurator.

Procurator,qui põt pignorare,poteſt pi
gnoratitia agere,qđ eſt ſi habet ſpeciale mandatũ,vel generale
1 ab homine cõſueto pignorare.h.d.Not.ꝙ † qui põt pignorare,
poteſt luere,⁊ pignoratitia agere.Nã vno mãdato videtur ꝑmit
ti aliud.Facit ff.de poſ.l.qđ ſeruus.⁊ ff.de ſol.l.qđ ſeruus.⁊ ſ.de
a pac.l.ſi vnus.circa prin. ¶ Secundo no. ꝙ in mãdato[a] generali
2 † venit illud,ꝙ dominus conſuetus[b] erat facere. ¶ Et ſic not.ꝙ
b arguitur ex cõſuetudine domini,qđ no.ad multa. Cum queritur,
* nunquid conſuetudo patriſfamilias ſit attendenda, vel non,
ita dic.Aut queris de cõſuetudine,quãtũ ad morũ diſpoſitio-
nem,⁊ ſiue ſit bona,ſiue mala,ſemper attẽditur..vt C.de epi.au
diẽ.l.iij.in fine.ff.de edili.edic.l.ꝙ ſi nolit.§. qui mancipia ven-
dunt.⁊ §.qꝛ aſſidua.Aut queris quo ad diſpoſitionẽ patrimo
nij.Et tunc aut queris de actu,qui non diuerſificatur ſcđꝫ modũ,
vt cõſuetudinẽ vtẽdi,⁊ tũc attẽditur cõſuetudo.ff.de vin.tri.⁊ oleo
lega.l.cũ certũ.Aut diuerſificatur ſcđm modũ vtẽdi,⁊ tunc aut
queris,an attendatur conſuetudo in preiudiciũ vtẽtis,⁊ tunc
attendenda eſt cõſuetudo patriſfamilias.ita intelligitur iſta lex
de verb.ſigni.l.j.Aut in preiudiciũ extranei,⁊ tũc nõ attẽditur
cõſuetudo patriſfamilias,ſed regionis.de fun.inſtru.⁊ inſtru.
* leg.l.cũ de lanionis.§.aſinã.⁊ ff.de ſup.le.l.Labeo.circa finẽ.*

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Quod in mandato.No.ꝙ in mãdato generali venit
illud,qđ dñs erat cõſuetus facere. Intellige ordinarie, ſecus
extraordinarie.Tex.eſt nota.⁊ ibi Bar.in d.l.Seio.§.medico.
de an.leg.Et ideo facit iſte tex.ꝙ lꝫ alias donare no poſſit.l.ꝓ-
curator totorũ.ſ.de ꝓcu.tñ ſi dñs eſt cõſuetus donare,vel de
hoc erat ibi ſcđo,poterit facere.De hoc tex.optim' in c.ij.de
dona.Sed gl.in c.ij.e.tit.videtur expreſſe tenere cõtrariũ.Et ad
de pulchre Ang.in l.bene a Zenone.de quad.pſc.⁊ vide Bar.in
l.ſi fraudator.⁊ qđ ibi dixi.que in frau.cred.adde ꝙ ille,qui mã-

datũ habet in vno actu, põt opponere oẽs clauſulas, ⁊ penaruꝫ adiectiones, q̃ per ipſos mandantes in ipſis actibus ſolite ſunt apponi. Et ita no. Ang. in l. ſi qs heredẽ. in fi. C. de inſti. ⁊ ſubſti. etiam ſi tales clauſule requirerẽt ſpeciale mandatũ. Alle. caſuꝫ d. l. bene a Zenone. Et ideo ſi ambaſiator habeat mandatum ad faciẽdum pacẽ videt̃ habere mandatũ ad promittendũ penam. Facit optime tex. iuncta gl. i l. fi. ĵ. ꝙ cum eo. Et ideo videt̃, ꝙ licet ad iurandũ requirat̃ ſpeciale mandatũ. l. iuſiurandum quod ex conuentione. §. procurator. ſ. de iureiur. no. in c. qui ad agendum. de ꝓcu. in vj. ſi tñ mandatum fuerit ꝯtcum geri, poſſit etiã iurari pro obſeruantia ꝯtcus. Et ſic limita no. per Bar. in l. q bona. §. ſi alieno. in iij. q. in fi. de dam. infec. faciũt etiã que habentur i l. ſi prius. §. j. de aqua plu. arcẽ. Et ꝙ poſſit quis ꝓmittere penã que venit ex natura ꝯtcus alieni tenet Bal. i rub. C. de cõſti. pecu. Fallit i ꝓcuratore fiſci, qui nullo modo ꝓmittere põt. l. ſi ꝓcurator. in ꝓñ. de iur. fiſ. ⁊ ibi per Bar. Subdit ibi ẽt Bal. an officialis publicus, poſſit bonã fidẽ agnoſcere. Adde que dicit Abb. Sicul. i c. iſ. de precar. no. hic ar. ꝙ rector eccleſie põt contractum initum nomine eccleſie cõualidare, cũ appoſitione pene, dũmodo ꝯtcus ſit rõnabilis. Ad idem facit tex. i c. cũ dilectus. in fi. de arbi. qð eſt notã. ſcðm eũ, pro adminiſtratorib⁹ ſimpliciter datis, ⁊ pro ambaſiatoribus ad pacẽ cõponẽdam, vt lꝫ non habeãt expreſſum mandatũ, nihilominus poſſunt apponere penã, ⁊ obligare ꝯſtituentes pro obſeruatiõe eius qð gerũt. ꝓ quo bene facit d. l. bene a Zeone. ⁊ d. ſi ꝓcurator. de iu. fiſ. Faciũt que no. doc. in c. nulla. de reb. eccle. non alie. vbi rector eccleſie, põt ſine cõſenſu ſuperiorũ generaliter obligare bona eccleſie pro obſeruantia cõtractus, licet ſpecialiter obligare nõ poſſit. ⁊ ibi colligit̃ qð eſt no. ſm Abb. Caue tñ in predictis per ea, que habentur in l. ſi procurator. de cõdi. inde. ⁊ vide Bal. in l. bene a Zenone. ⁊ vide Ang. in l. fi. §. ſi quis profeſſus. ff. de publicanis. Et adde ad materiã Lu. in ſuo ſin. xj. q dicit, ꝙ poſſum etiã quo ad preiudicialia, ſi dñs erat ſolitus, ⁊c. quẽ dicit no. in l. q ſemiſſes. ĵ. de vſuris. Et an habens generale mãdatũ ad locãdũ predia, ⁊c. poſſit locare domos ꝯtiguas ipſi, ⁊c. Iſtð dictũ Lap. ꝙ no. in ſuis alle. alle. xij. ꝙ alias Lu. in ſuo no. xlj. poſuit. Adð ꝙ in mandato generali veniunt ea q̃ dominus erat ſolitus facere, Bal. pulchre conſi. ccccxxij. ij. lib.

b POMA. ¶ Conſuetus. Vide Ang. in l. ſi negotia. ſ. de neg. geſt. Alex. conſi. cxviij. col. fi. vol. v.

LEX XIII.

a SI cum[a] venderet. Ex pacto creditoris vendentis põt ðbitor agere, vt̃ petere, vt ſibi cedat̃ actio. hoc ðt. ¶ Oppo. ꝙ non poſſet vẽdicare rem, q2 vendẽdo creditor tranſtulit dominiũ. l. ſi conuenerit. ſ. eo. ⁊ de acqui. re. do. l. nõ eſt nouũ. Solu. agit vtili rei vẽdicatione ꝓpter pactũ. ⁊ iſta eſt bona. Alij dicũt, ꝙ iſtð primũ dictũ corrigit̃ per id qð ſequitur, aut in factũ, ⁊c. ⁊ ſic ſolũ actione in factum vel preſcri. verb. agatur. ¶ Secundo opp. ꝙ nõ poſſit agere iſte debitor actiõe in factũ, vel preſcri. verb. q2 per liberã perſo. ⁊c. vt l. proxi. §. ꝑ liberã. Dicũt quidã ꝙ hoc eſt ſpeciale. Gul. de Cug. dicit qð nõ eſt ſpeciale, imo eſt regulare, qñdoq; pactum apponitur in traditione rei mee, vel rei in qua habeo ius, alteri querit̃ actio. vt l.

b certi ꝯdictio. §. ſi nũmos. ſ. ſi cer. pe. ⁊ l. pe. C. ad exhib. [b] Hoc ñ placet. q2 in d. §. ſi nũmos. eſt ſpeciale ꝓpter ſingularia pcepta pecunie. In l. pe. C. ad exhi. interponit̃ pactũ ſuper re tradẽtis que durat eius, ſed quãdo apponit̃ pactum ſuper re tradentis que deſinit eſſe eius, vel que nõ durat eius, tunc nõ querit̃ actio alteri regulariter, niſi in cauſa ſpeciali donatiõis. l. quoties. C. de do. que ſub modo. vbi tex. hoc expreſſe dicit. Dicamus ergo hoc eſſe ſpeciale, ⁊ ſic fuiſſe reſcriptũ p ꝓncipẽ, vt hic dicit tex. Vel aliter, per ꝓcuratorẽ querit̃ dño actio ex ꝯtcu interpoſito ſuper re dñi, ⁊ ex re ipſius, vt l. ꝙ procurator. ſ. de ꝓcu. ſꝫ credi

c tor videt̃ ꝓcurator dñi[c] in vendendo, vt l. nõ eſt nouũ. ĵ. de acq. re. do. ⁊ inſti. quib. alie. lꝫ. in prin. ergo ex ei⁹ pacto q̃rit̃ debitori. ex re eiũ ſua, ⁊ ſuper re ſua pactum interponitur. Ad predi

d cta facit qð dixi plene in l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis inſulam.[d] circa finem. ĵ. de verbo. oblig.

ADDITIONES.

a POMA. ¶ Sicũ. Vide Alex. ꝯſi. x. icip. videt̃ fortaſſe. in j. volu.

b ALEX. ¶ C. ad exhibẽdũ. Vide Bal. in l. i. C. ꝑ quas ꝑſonas nobis acqui. ⁊ per Imo. in d. l. ſtipulatio iſta. §. ſi ſtipulatus. ⁊ qð ibi Bar. in v. ⁊ ix. fallen.

c ALEX. ¶ Procurator domini. Adde no. i l. ſi pignori. ſ. fa erciſ.

d ALEX. ¶ §. ſi qs inſulam. In cõtrariũ facit ꝙ ibi dixi in v. fallẽ. per l. i. C. per quas perſo. nob. acqui.

a §. Venit. In hac actione venit dolus, lata culpa, ⁊ leuis[a], non caſus fortuitus. h. d. Illud qð dicit ſicut in commodato, intelligit̃ vtriuſq; gratia ꝯtracto, vt in gl.

* *Vltimo nota. l. ſequen. incip. ea igitur. Docet enim practicã, qualiter probetur culpa leuis. Certe, quando quis omittit facere ea, que diligens paterfamilias faceret in ſuis rebus, vel quãdo facit ea, que diligens paterfamilias non faceret, vt hic ⁊ l. ſi putator. ſ. ad leg. Aquil. in culpa leuiſſima inſpicitur id, qð faceret diligentior, vel diligentiſſimus paterfamilias. l. in rebus. in princ. ſ. cõmoda. ¶ Et q2 in hoc §. fit mentio de dolo, et culpa. Quero qd eſt dolus? Dico ꝙ dolus eſt ſcienter cõtra ius alterum ledere, vel in ſuis reb⁹, ⁊ alienis diſſimilis conuerſatio, vt C. de reſcinden. vendi. l. ſi dolo. ⁊ ſ. de dol. l. j. §. ij. Exemplũ, ſi rez meam ponas, vbi frequenter latrones conuerſantur. ¶ Quero, quotuplex eſt culpa? Dico, ꝙ triplex. lata, leuis, ⁊ leuiſſima. Sꝫ quero, qd eſt culpa in genere, eſt deuiatio ab omni legis diſpoſitione, ſiue conſiſtat in precipiẽdo, ꝓhibendo, puniendo, ſiue permittendo. ĵ. depo. l. i. §. ſi rem. ſ. cõmo. l. in reb⁹. iij. reſ. ⁊ ſ. de legi. l. legis virtus. ¶ Quero, quid eſt lata culpa? dic, ꝙ lata culpa eſt in ſuis reb⁹ ⁊ alienis eque conuerſando illius diligentie defectus quam cõiter exigit in omnib⁹ ratio naturalis. vt l. qð Nerua. ĵ. depoſ. ⁊ ĵ. de verb. ſig. l. late culpe. Exemplũ, vt ſi ianua dimittatur aperta nocte, ⁊ die. Iſta autẽ lata culpa non eſt dolus, ſꝫ bene equiparat̃ dolo, ⁊ dolo ſimilis eſt, vt l. j. §. hec actio. ſ. ſi mẽſ. fal. mo. dixe. ⁊ notat̃ in l. alle. quod Nerua. Leuis culpa eſt in rebus ſuis, ⁊ alienis eque verſando negligentia, quã cõis hominũ natura patitur, ſed eã euitat exacta diſcretio ſapiẽtis. de qua Inſti. qui. mo. re con. oblig. §. fi. Pone exemplum, vides, ꝙ multi homines dimittunt animalia ſua in paſcuis extra domos, ſed multi homines periti reponũt ea in domo ſua. Vel pone exemplũ, vt ſi dimittã camerã meã apertã, dum eo ad villã. Leuiſſima culpa eſt, in reb⁹ ſuis, ⁊ alienis eque verſando, vt cõmunis hominũ natura exigit, ⁊ cõis hominũ prudentia requirit, cui adheret defectus ſumme diligentie, vel ſapientie, que reperiri põt vel in homine diſcretiſſimo, vt Inſti. loca. §. pe. ⁊ inſti. q. mo. re contra. obli. §. item is, cui. Exemplum, vt ſi claudo cameram, ⁊ non traho vectem clauſure ad videndũ ſi bene clauſerim, ⁊ ita faciũt homines diſcretiſſimi. Ex predictis autem ſatis patet qualiter iſte culpe probentur. Probabitur enim lata culpa contra aliquem ex eo, ꝙ aliquis facit quod cõiter homines non facerẽt, vel facerent. l. quod Nerua, ⁊ ibi no. ĵ. depo. in gl. in ver. latiorẽ. que incipit, id eſt lataꝫ. ¶ Leuis culpa probatur ex eo, quod aliquis facit, qð cõiter homines diſcretiores, ⁊ ſapientiores facerent, vel non facerent. referas ſingula ſingulis. Leuiſſima culpa probatur ex eo, quod aliquis facit, vel non facit, quod homines diligentiſſimi ⁊ diſcretiſſimi facerẽt, vel non facerent. ¶ Caſus fortuitus eſt talis rei impetus, qui preuideri non põt humano conſilio. C. eo. l. que fortuitis. ⁊ ĵ. de admi. re. ad ci. pertin. l. ij. §. ſi eo tempore. Et de predictis habentur plura dicta, ⁊ exempla. ſ. cõmo. l. ſi vt certo. §. j. ⁊ §. ſequẽ. ¶ Sed q̃ro, an furtum ſit caſus fortuitus. dic, vt no. ĵ. pro ſocio. l. cũ duobus. §. damna. ⁊ ibi per docto. Et no. per gl. in verb. etiã ſi ſine cauſa. ⁊ doc. ſ. nau. cau. ſtabu. l. iij. §. ex hoc edicto. ⁊ ibi eadem gl. dicit, ꝙ furtum non cõputatur inter caſus fortuitos, ſed latrociniũ ſic. Et an incendium ſit caſus fortuitus, vel culpa leuiſſima? diſtingue eodem modo, quo diſtinguitur in furto. Recipiendo rõnem diſtinctionis, que fit inter familiares, ⁊ extraneos. Quia illa eadẽ habet locum in incendio, ergo idem debet ſtatui. ¶ Sed qd ſi ſuꝫ negligens in rebus meis nunquid excuſabor de negligẽtia, ſeu culpa cõmiſſa in rebus alienis? Dicunt quidã, ꝙ ſic. Nec tenebor hoc caſu: q2 non teneor maiorẽ diligentiã adhibere i alienis, ꝙ̃ in meis. Quia de ſe cõqueri debet qui tam negligentẽ ⁊c. Inſti. qui. mo. re contra. obli. §. preterea. ⁊ inſtit. de ſocieta. §. fi. ⁊ de regu. iur. l. qui cũ alio. Nec obſtat l. ſi cõſtante. §. ſi marit⁹. ĵ. ſol. matri. tu dic vt ibi patet.*

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Culpa, ⁊ leuis. No. ꝙ Bal. in l. acceptã. C. de vſur. in vj. q. alle. gl. hic ꝙ appellatione culpe, venit leuis tãtũ. Et qualiter ꝓbet̃ culpa leuis, ⁊ leuiſſima, ꝑ Bal in l. ſolã. C. de teſti. et qd veniat appellatione culpe, vide gl. no. in l. in vẽditione. ĵ. de bo. author. iudi. poſ.

LEX XIIII.

¶ Culpam leuem ⁊ leuiſſimam probandi practica.

a EA igitur. [a] No. hãc legem, †docet enim practicam, qualiter probetur culpa leuis, certe quando quis omittit facere ea, que diligens paterfamilias faceret, vel facit ea, que diligens paterfamilias non faceret in culpa leuiſſima inſpicitur illud q diligentiſſimus faceret, vt l. rebus. ſ. tit. j.

ADDITIO.

a POMA. ¶ Ea igitur. Vide Alex. conſi. cij. j. columna, volumine ſecundo, ⁊ conſilio. xlvij. columna prima, volumi. j, ⁊ conſil. lxiiij. col. fi. vol. ij.

Lex

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

LEX XV.

Creditor. Creditor cum reddit pignus, debet cauere de ſuo dato, ⁊ facto, ⁊ neglecto. hoc dicit.

LEX XVI.

Tutor. Tuendus eſt creditor in pignore dato a tutore, vel curatore legitime. h.d. In tex. ibi tuendus erit in pignore creditor, vel ſine teneatur contraria pignoratitia, vel tuendus erit quando conuenitur tutele actione.

§. Contrariam. Si creditor decipiatur pignore dolo, vel culpa debitoris, habet contrariam pignoratitiam ad intereſſe, poterit etiam ſtellionatus crimine accuſare, ſi dolus interuenit.[a] hoc d.* Vide tex. ibi,
a tenebatur, ⁊c. ſcilicet pignoratitia actione ad eque bonam rem
* obligandam. pro quo ſ. de cõſti. pecu. l. qui autẽ. §. pe. ibi, ⁊ ſtellionatus crimine, ⁊c. Nota ꝙ ille, qui alicui cõmittit dolum, committit crimen ſtellionatus, ergo eſt puniendus extraordinarie.
* l. ij. ⁊ iij. j. de cri. ſtellio.*

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Si dolus interuenit. Que culpa veniat in pignore, ꝑ Bal. in l. pignus. C. de pigno. actio.

§. Etiam. Fundus vectigalis, vel emphyteuticarius poteſt obligari ſaluo iure domini. hoc dicit. Et ideo finito iure emphytutico finitur ius creditoris, vt l. lex vectigali. j. de pigno.

LEX XVIII.

1 ☞ Compenſatio quantitatis ad quantitatem admittitur, non autem ſpeciei ad quantitatem.
2 Actio iudicatur mobilis vel immobilis ſecundum naturã eius quod in ea deuenit.
3 Nomen obligatum qui habet, agit actione vtili cõpetenti obliganti.
4 Diſcuſſionem fieri tutius eſt quãdo agitur cõtra debitorem.

a Si conuenerit. [a] Nomen debitoris poteſt pignori obligari, et quod inde redigitur vel cõpenſatur, vel pro pignore tenetur. h.d. ¶ † No. ꝙ admittitur cõpenſatio quãtitatis ad
1 quãtitatẽ,[b] non ſpeciei ad quãtitatem. ¶ Secundo no. ꝓ eo quod
b gl. alibi dicit, ꝙ actio iudicatur mobilis[c] vel immobilis ſcdm natu-
2 rã eius quod in eã deuenit, vt no. C. ſi aduer. trãſac. l. j. ⁊ ij. ⁊ in aut.
c de nõ alienã. §. j. pro qua optime facit iſte tex. licet in veritate actio non ſit mobilis, vel immobilis, ſed eſt tertia ſpecies, per ſe, vt l. quã Tuberonis. in ſi. j. de pecu. ⁊ l. a diuo Pio. §. in vẽditione. de re iud. ⁊ no. Jac. de Are. in l. mouẽtium de ver. ſig. ¶ Quero
3 ille, † q habet nomẽ obligatũ, qua actiõe aget contra debitorẽ? gl. ⁊ doc. tenẽt, ꝙ aget vtili, q ipſi obligãti cõpetebat directa. l. nomẽ. C.
4 que res pig. ob. poſ. ¶ † Quero,[d] qñ agitur contra debitorẽ debito-
d ris vtrũ debeat precedere diſcuſſio? Cy. ponit iſtã q. in d. l. nomẽ. ⁊ arguit pro, ⁊ contra. Finaliter dicit, tutius eſt, ꝙ fiat diſcuſſio. Veritas eſt, ꝙ nõ eſt neceſſe ꝙ precedat diſcuſſio, quia de iure antiquo neceſſe non erat, vt l. creditoris. j. de diſtra. pig. ſed ſolũ reperi-
e tur mutatũ[e] qñ agitur cõtra pignorũ poſſeſſores, vt in aut. hoc ſi debitor. C. de pig. ⁊ in corpore vnde ſumitur. §. ſed neq;. quod ergo non mutatur quare ſtare prohibetur. l. precipimus. in ſi. de appel. Ad argumenta in contrarium rñde vt no. Cy. in d. l. nomẽ. Preterea ratio differentie eſt manifeſta: nã ſi per hypothecariã res euinceretur a poſſeſſore ipſe haberet neceſſe venire contra authorẽ ſuũ, ⁊ ideo vult lex ꝙ prius excutiatur debitor cauſa minuẽdarũ litiũ, ſed qñ agitur contra debitorẽ ſoluẽdo creditori, ipſe liberatur, nec aliud litigiũ cõſurget, ideo ceſſat ratio quare inducta fuit diſcuſſio, ⁊ iſtud tenuit Jac. Bald. Odof. ⁊ Albe. Papias ⁊ etiam Nico. Mat.

ADDITIONES.

a POMA. ¶ Si cõuenerit. Limita iſtam legem vt per Alex. in l. deducta. §. acceptis nummis. j. co. ff. ad Treb.
b ALEX ¶ Quantitatis ad quantitatem. Vide Bar. in l. diuortio. §. ob donationes. ſolu. ma. Et aduerte dum dicit hic cũ ſimilibus. dicitur, ꝙ ſpeciei ad quãtitatẽ non admittatur cõpẽſatio. l. ſi. de cõpẽſa. cũ ſi. quia intelligas hoc eſſe verũ, qñ agitur de compẽſatione ſienda in iudicio, ex diſpoſitione legis altera parte inuita: Secus autem in cõpenſatione ſienda ex preſumpta mẽte diſponentis, qui potuit diſponere prout voluit, ꝙ tunc etiam habebit locum cõpenſatio ſpeciei ad quantitatem, arg. eorum que habentur in l. cum queſtio. C. de leg. ⁊ in §. diſponat. in authen. de nup. Ita dicit Jo. in l. ſi cum dotẽ. §. ſi pater. ſol. ma. videtur probari hoc ibi in tex. cũ ibi no. in ſi. ⁊ ſimilibus quod not. Sed aduerte quod licet predicta mihi placeãt, tamẽ Bar. in l. huiuſmodi. §. cum pater. de leg. j. tenet contrarium per l. ſi pater pro filia. de colla. dot. licet Jo. non faciat mentionem, ⁊ idem Bal. in l. quoniam in prioribus. C. de inoffi. teſta. ⁊ in l. ſi vxor. C. de bo. autho. iud. poſ. in eo. verſi. ibi, Licet in veritate actio nõ ſit, ⁊c. Ad hoc autem vt videatur mobilis ſecundum materiam illius in quo adducitur, adde ad hoc glo. in l. fin. C. in qui. cau. in integ. reſti. ⁊ Bart. in l. põt. de auth. tuto. ⁊ in l. ſi ſic. de leg. j. POMA. ¶ Vide Pau. de Caſt. cõſi. ix. declarãdo, vt ibi per eum.
c POMA. ¶ Iudicatur mobilis. Vide Alex. conſi. cxj. vol. iiij.
d POMA. ¶ Quero. Vide Are. conſi. cxxxvij. col. ſi.
e ALEX. ¶ Reperitur mutatũ. Vide quod dicit Bar. in l. Julianus, in ſi. de verb. obl. Ad materiam huius legis vide Bal. in l. iij. C. de acqui. heredi. ⁊ aliqua per Pau. de caſt. hic.

1 ☞ Pignori quod accedit, pignus eſt.
2 Regnum ſi augmentatur, an prouincia augmentata debeat regi conſtitutionibus regni.
3 Regnum eſt quid vniuerſale.

a §. Si nuda. [a] Quod accedit † pignori, pignus eſt
1 h.d. Gul. de Cug.[b] querit hic, Si regnum
b † augmentatur, vtrum illa prouincia augmentata debeat regi
2 conſtitutionibus regni. Videtur ꝙ ſic vt hic, cum ſi. In contrariũ
c quia res tranſit cum ſua cauſa, vt j. proxi. §. ⁊ l. via. §. ſi fundus. de ſer. ruſti. predi. ⁊ hoc tenet ipſe arg. l. prediis. §. Titio. de leg. iij.
d ⁊ l. Seie. §. Tyranne. j. de fun. inſtru. Breuiter[d] quãdoque prouincia adijcitur regno, vel caſtrum, vel villa adijcitur comitatui acceſſorie, ita ꝙ ſit vnum regnum cũ primo vel vnus comitatus, ⁊ tunc regulatur ſecũdum regulas primi, cui accedit, ⁊ iiſdem
3 legib. ⁊ iiſdem priuilegiis eſt gubernanda, quib. regnum, quia † regnum eſt quid vniuerſale ergo ⁊c. vt l. peculiũ. in prin. j. de leg. ij. ⁊ l. grege. j. de leg. j. Probatur in vſib. feu. de phi. feu. ali. per Fed. c. imperialem. §. preterea ducatus. ⁊ de hoc eſt. glo. extra ne
* ſede vacan.* ca. j. que determinat, qñdoq; prouincia nõ adijcitur regno acceſſorie, nec caſtrum comitatui. Exemplum regi Francie
e fuit datus comitatus Tholoſe, ita ꝙ ipſe eſt rex, ⁊ comes[e] non ꝙ comitatus Tholoſanenſis efficiatur de regno, ſed comitatus re-
f gni, ⁊ tunc debet[f] regi ſecundum leges, ⁊ cõſuetudines ſuas. Caſus eſt C. de appel. l. ſi quãdo duciano, ⁊ ibi no. facit quod no. in d. c. j. alleg.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Si nuda. Qñ prouincia regno adijcitur, an gaudeat priuilegio regni, adde ꝙ in hac materia no. glo. ⁊ Bar. in l. dãni infecti. in §. ſi is qui vicinas edes. ⁊ quod ibi dixi, de dã. infec. Et iſta faciũt ad no. q. qñ vnus de collegio, eo ꝙ nõ poteſt adeſſe in collegio in vna electione, cõmittit vicẽ ſuam ei qui etiam eſt de collegio. Quero an is, cui facta eſt commiſſio poſſet iſtas voces diuidere. ſ. vocem ſuam, ⁊ aliam vocẽ ſibi cõmiſſam dando vni vnã, ⁊ alteri alterã. Et dicendum eſt, ꝙ non: quia ceteris omiſſis, videtur tex. multum ſing. in c. ſi quis iuſto. de elec. in vj. quod tene mẽti perpetuo. Et facit ꝙ in materia no. Bar. in l. ſi. j. de colle. illici. Itẽ facit ſi vnus eſt bannitus de vno loco, an videatur bannitus de loco illi adiũcto. De quo per Bal. in l. etiam. C. de iure do. Item faciunt iſta, ad no. queſtionem de qua per Joan. And. in titu. de emp. ⁊ ven. §. reſtat. in additione que incipit, coniungã quoq; de ſtatutis. ꝙ ſi ſtatutũ dicat, ꝙ vẽdens prediũ trium tornaturarũ non tributarium, cõpellatur vendere vicino habenti magnũ prediũ, quia ſi iſte emit vnũ fundũ tributarium vicinũ ſuo paruo, prima facie videtur quod vẽdere cõpellatur, eo, quia pars vnita cũ altera facit vt intelligatur effectus vnus fundus, ⁊ hac rõne augmentum vadat cũ primo fundo, ⁊ eius conditionẽ ſequatur. l. ſi ex toto. in prin. de leg. j. ⁊ l. quod in rerum. §. ſi quis poſt. eo. ti. ⁊ hoc per tex. in l. ſi finita. §. ex hoc edicto. in ver. itẽ quid dicimus. ⁊ ibi ꝑ Ro. de dam. infec. Contrariũ tñ eſt verũ per d. §. ex hoc edicto. verſi. item quid dicemus. Nam poſtquam vna pars ab alia diuiſa eſt, ⁊ ſeparari poteſt, quod ſtatutũ erit in vna parte, non habebit locum in alia. Bene facit l. fundus. in ſi. fami. erc. ⁊ facit ad queſtionẽ Bal. in c. j. §. preterea ducatus. de prohib. feu. aliena. per Fed. Si marchionibus cõcedantur noua caſtra, vtrũ intelligantur eſſe de marchia, ⁊ ſic nõ poſſint diuidi, ⁊ dicit ꝙ nõ, ſed ſi veniant marchie, marchie ſunt, vt j. de pac. dot. l. inter. §. cum inter. Item per Jo. in l. j. §. ſi coheredis. ibi poſt notata ꝑ Bar. ff. ad l. Falc. ꝑ Bal. in l. etiã. C. de iure do. Et vtrũ poſtea queſita caſtra ꝑ ſuperiorẽ ſubiaceant primis ſtatutis, Bal. ꝙ ſic. in l. cũctos populos. in j. col. ⁊ in d. l. etiã, ⁊ Bar. hic ⁊ ꝑ Bar. in tractatu alluuiõis, quẽ omnino vide per Gul. de cug. in d. l. ingenuũ. ad ſi. ff. de ſta. ho. ⁊ Bar. in repetit. l. ij. C. que ſit lõga ꝯſue. per Ro. in l. ſi eũ. ff. ſi quis cau. adde Bal. in l. ij. in prin. de origi iur. ⁊ Ro. in conſi. ccxv. per Bern. in c. trãſlato. de cõſti. ⁊ per Ang. in l. de quibus. de legi. per Inn. ⁊ alios in c. cum ex iniuncto. de operis no. nun. ⁊ gl. in ver. quicquid. per Alb. in prima parte ſtatu. q. cxxx. An autem ſtatuta ciuitatis trahantur ad caſtrũ exemptũ, vide doct. in c. ij. de cõſti. in vj. His adde Ant. de But. in c. ſi. de cõſue. per Bar. hic vide glo. in c. cũ capella. de priui. Et ad deciſionem Bart. in d.

§.ſi nuda.vide qđ voluit Jo.And.in addi.Spe.in tit.de treu-
ga,⁊ pace.Bal.in l.cūctos populos.C.de ſum.tri.⁊ tex.meliorē
de corpore iur.Inſti.de ſatiſda.§.ſi.⁊ qđ in ſimili habet̃ in c.cum
olim.de cenſi.⁊ in ſi.in c.de his.xij.diſt.in quibus dr ꝙ eccleſie in
feriores debent regi,⁊ gubernari ſecundū conſuetudinem ⁊ ius
eccleſie metropolitane,ergo eodem modo prouincia,que adijci
tur regno.Facit tex.in c.tranſlato.de conſti.vbi dr,ꝙ tranſlato
ſacerdotio neceſſe eſt vt trāſlatio legis fiat,ergo eodē mō trāſla
ta ꝓuincia in regno debet regi ſecūdū iura regni.Omnis enim
diſpoſitio recipit a iure illam reſtrictionē.ſ.rebus ſic ſtantibꝰ,
⁊ remanētibus.Secus,ſi tranſit in aliaʒ diſpoſitionē,et legeʒ,
vt eſt tex.no.in c.cum inter P.de renū.per quē tex.dicit Ant.ꝙ
ſi quis accipit examē priuatū hic Bononie,⁊ iurauit non accipe
re cōuentum alibi,ꝙ iſtud iuramentū recipit illam reſtrictionē
ſ.rebus ſic manentibus,qꝛ que de nouo emergunt,nouo indigēt
auxilio.Adduco qđ voluit Bar.ī l.j.§.ſi coheredē.ff.ad leg.fal.
Inn.in c.paſtoralis.de priui.gl.in c.j.ne ſed.vacan.⁊ in c.recolē
tes.de ſta.monq.⁊c.tēporis qualitas.vij.q.j.Bal.in l.etiā.C.de
iure do.⁊ ꝙ voluit plenius Bar.in tractatu de aluuioni.in rub.
de inſula.in q.que incipit,ſed quero.⁊ facit ꝙ voluit Rom.cōſi.
ccxv.inci.preſens caſus duplicē habet dubitationē.Et facit tex.
valde ſing.ī c.j.de poſt.prela.vbi ſi pax facta ſit cū rege Frācie,
⁊ terris ſuis,videntur cōprehendi terre adherētes,ergo multo
fortiꝰ terre que adijciūtur regno.Et qđ voluit Inn.Jo.And.
⁊ alij in c.ad apoſtolice.de re iudi.in vj.vbi dicūt ꝙ pax facta cū
eccle.Ro.videt̃ facta cū adherentibus.Et facit ꝙ habet̃ in d.l.
etiā.vbi illud,ꝙ adijcit̃ territorio,cenſet̃ eſſe eiuſdem iuris,cu-
ius eſt ipſum territorium,et ideo bānitus de caſtro qđ accedit
territorio Bononienſi,videt̃ bannitus etiam de territorio Bo
nonienſi,ſm Bal.ibi.¶ Adde,an ciuitas adiecta regno,debeat
vti cōſtitutionibꝰ regni,Abb.cōſi.lxj.ij.lib.⁊ ibi ēt an ſi due ciui
tates ſibi inuicem cōcedunt priuilegia illa debeāt ſeruari ipſis
effectis ſubiectis An autem facta pace inter duos dominos di
catur facta,⁊ pro adherentib.vide Ang.conſi.ccvj.⁊ cclxxix.
